catis addi debere, Concionem funebrem ſupra p. 63. citatam, aliamq; ſuperiore demum anno vulgatam, & in Incendium acerbum Schleuſingenſe d. 3. Oct. A. 1679., anno pòſt ab Ipſo iam habitam, nec non Davidiſchen Labſal / *ſ. 7. Conciones in Pſ. II. ed. Schleuſ. A. 1693., annotans. Nuptias d. 15. Iul. A. 1679. Schleuſingae celebrauit cum Fœmina Ornatiſſima, Eliſabetha Iuſtina, natalibus Spigelia, Vidua G. A Schützii, I. V. L. & NOB. DNN.* in Oſtheim *Aduocati. Et ex binis Filiabus, natu maiorem cum ſumme Reuerendo Ephoro, Dn. D. Meiſio, nupſiſſe, paullo ante ſignificabatur p. 63. Vltimus etiam Lenceri Rectoris Episcopus Gregorianus fuit Dn. Archi-Diac., ipſo die natali ſuo, A. 1665., vnde publice e Diſcipulis quendam Lencerus gratulari iuſſit Parenti, quem in Programmate Fautorem vocauit Ordinis Scholaſtici ſingularem.*

II.

HYPO-DIACONI.

Hieron. Pfnör / Meining., Diac. primùm Meiningenſis, ab A. 1544., pòſt Sub-Diac. primus Luther. Confeſſ. Schleuſ. ab A. 1547., Paſtor deniq; & Inſpector Smalcald. ab A. 1549. vsq; in A. 1566., quo nempe anno, propter peſtilentiam notatiſſimo, Is diem obiit ſupremum.

De Patre Hieronymi, VVilhelmo, Filio, M. Hieronymo, Paſt. & Inſp. Thannenſi, Nepote, Io. Pfnoerio, Adiuncto Salzungenſi, ProNepote, Daniele Pfnörio, Diac. Salzungenſi, & Abnepote, Io. Chriſtiano Pfnörio, Archi-Diac. Salzungae Subſtituto, egi in Libri Memor. in Vitas Alumn. Schleuſ. Recenſ. IX. p. 119. 120.

Io. Muſaeus, (Meußel/) Filius Simonis Muſaei, Theologi decemplici exilio & varia rerum neceſſitudi-